

PRO

DD. Angelo Maria Regio Archiuista Senatus
Excell. & Fratribus Ottolinis Maioribus
æstimis Communitatis Oledij Castelli.

C V M
Communitate Aronæ.

Dirige me Domine in veritate tua, & doce me.



Ontendente prædicta Communitate Aronæ vocare in contributum onerum sibi incumbentium bona Muzzani inferioris, nunquam ante censita cum dicta Communitate acceſſerunt ad iuditium DD. Fratres Ottolini, tanquam maius æſtimum habentes in Communitate Oledij Castelli, cum qua censeri, & contribuere confuerant prædicta bona Muzzani sustinendo pro indemnitate, & ſui, & di-æ Communitatis Oledij, quæ ex concurſu dictarum terrarum alleuat pondus proprij æſtimi bona non poſſe eximi de vniōne vetuſta in qua reperiuntur cum æſtimo Oledij, vt inſerantur alij corpori penitus diſparato, & extraneo. In qua quidem controuerſia, cum intentio, tam D. Gattici, quam DD. Fratrum de Ottolini in hoc vno conueniat vt bona Muzzani præſeruentur in æſtimo Oledij aduersus conatum Aronensem prætentendum dicta bona ſibi eſſe vnitaria, & tanquam vnitaria ſecundum debere concurrere ad onerum ſuſtentationem, animaduerto vniuersam cauſam compræhendi poſſe duabus præcipuis inspectionibus.

Prima eſt an ſicuti aſſumptum Communitatis propositum in primo ſupplici libello diei 4 Septemb. anni 1670. in eo conſtituit, quod locus Muzzani fuicit aggregatus, & compreheſus in æſtimo Aronæ occaſione dimensionis, & æſtimi generalis, quod allega-ſumptum dicatur ſufficienter verificatum, atque probatum?

Secunda, & subordinata, an ex quo DD. Fratres Ottolini in hoc Iudicio quadammodo ſuſtinent partes competitoris, afferendo Capsinam Muzzani eſſe de corpore Oledij cum coequo ſolitam eſſe, & debere concurrere ad onerum ſuſtentationem, di-cantur ipſis ſati poſtabile hanc vnitonem cum dicto Oppido ad exclusionem Aronæ? Pro resolutione vtriusque inspectionis, ut ſuæ Communitati approprient locum Muzzani propositum ab Aronensis, vt ſuæ Communitati approprient locum Muzzani communiter à DD. definiri, vt ſit aggregatio, ſue incorporatio viuus rei ad alterum per modum ſubiectionis, quæ mutat naturam vnitari, & efficit vnum corpus, ita ut non detur villa diuerſitas inter rem vnitari, & illud cui vnitur. Ang. conf. 247. Tufch. conal. 229. & 230. lit. V. n. 5. vbi quod aequiparatur alluioni Pacian. de pro-bat. c. 27. n. p. Unionis autem materia licet familiarior ſit in beneficijs, & Eccleſijs, de qua vnitio loquitur gl. in cap. p. ne ſed vac. attamen applicabilis etiam eſt in bo-nis, & locis profanis, & in ſpecie de vna Villa ad aliam vnitonem prosequitur, & tractat Calcan. conf. 34. per tot. & meminit Bart. in l. I. §. 1. cohæred. ff. ad l. Falcid. Tufch. diſc. conclus. 230. n. 22. & ſeqq. quinimmo illam gl. in diſco cap. p. ne ſed vac-erunt temporalium tradit Bartol. in l. ſi conuenient, ſ. ſi nuda, ff. de pign. act.

I

Hinc

FONDAZIONE
MARAZZI

Ez. S. W. Bloar

Hinc est, vt cum vno semper connotet transitu de uno statu ad alium, & vt plurimum importet alienationem, nempè dismembrationem ab uno corpore, & aggregatio-
ne in alteri, & consideretur tamquam quædam species seruitutis. *Fab. de Anna conf.*
44.n.19. & alios recitat in *conf. 66. num. 10. Valenzuel. conf. 54. num. 34.* & illa non pos-
sit sequi, nisi per consensum, & mandatum Superioris, est enim actus Iurisdictionis.
Crauet. conf. 258. num. 10. proinde vno reputetur odiosa stricti Iuris, & repugnans
Iuri Communum, quo lumenatio non præsumitur. *Dec. conf. 232. n. 3. Crauet. dicto*
conf. 258. Menoch. conf. 402. n. 44. vbi quod vnones sunt odiosa, & parint inex-
tricabiles difficultates, ideoque modus, & titulus vnonis regulariter præsumi non
possit, sed ab eo, qui in vnonie se fundat concludenter probari debeat. *Miscard. con-*
clus. 1418. n. 1. Prar. discept. 34. num. 15. tom. 3. vbi quod vnones sunt quid facti, &
consequenter requirunt individuum probationem, & hoc idem repetit *discept. 38.*
num. 29. Casanat. conf. 43. num. 69.

Hoc posito si queramus quem gradum probationis præsterit Communitas Aronæ
super assumpcio vnonis, quod proposuit in primo supplici libello, recognitis tribus
Iurium productionibus per dictam Communitatem factis constat totum suæ inten-
tionis fundamentum reduci ad quinque documenta, quæ nos prosequemur non iuxta
ordinem productionis, sed secundum maiorem intensionem, quam in singulis fieri
audimus.

Primum in quo intelligo magnum fundamentum constitui consistit in quadam extractio-
ne libro qui seruatur in Officio Mensuræ Generalis continentem generalem dimensio-
nem perticatum huius Domij, in quo post descriptam summam perticatus Aro-
næ, in eadem classe collocatae leguntur aliæ sequentes Villæ, nempè Dromellum,
Grigentium, Muzzanum, & Mercuraghum cum relevantia perticatus, quem con-
stituit vnaqueque ex prædictis Terris. Cum autem ad latus vniuersiusque Terræ,
& post descriptam relevantiam perticatus legatur singulis adnotatus certus num-
erus librarum, nulla addita expressione, quid iudicet ille numerus, in modum se-
quentem, v.lz.

Arona à fol. p. somma

Dromello à fol. 14. à tergo somma

Grifento à fol. 23. à tergo somma

Muzzano à fol. 25. somma

Mercurago à fol. 26. somma

pert. 4932. tau. 10. lir. 237. 14. 9.
pert. 4932. tau. 21. lir. 212. 17. 3.
pert. 2574. tau. 16. lir. 84. 4. 9.
pert. 1407. tau. 16. lir. 59. 9. 9.
pert. 4445. tau. 3. lir. 142. 15.
pert. 18292. tau. 15. lir. 737. 9.

propterea ex tali documento ita ratiocinatur Communitas Aduersaria.
Numerus adnotatus post descriptum perticatum designat æstimum vniuersiusq; Terræ
cui adnotatur; æstimum, quod ibi adscribitur Communitati Aronæ si de solo sum-
matur non reperitur nisi in libris 237. 14. 9. sive non correspondet veræ quanti-
tati æstimi, quod adscribitur Oppido Arone in alijs libris Reg. Cam. in summa li-
brarum 750. si vero sumatur vna cum æstimo, quod legitur oneratum subsequen-
tibus Villis, & parcelles libr. 237. 14. 9. addantur sequentes, nempè pro Drumel-
lo libr. 212. 17. 3. pro Grifento libr. 84. 4. 9. pro Mercurago libr. 142. 15. & pro
Muzzano libr. 59. 9. benè resultabit totum æstimum Arone in libris 737. 7. sive; pau-
lum distabit ab integro vero æstimo, quod est in libris 750. ecce ergo, quod cum
non possit constitui æstimum libr. 750. nisi fiat incorporatio æstimi alijs terris spe-
cantis, argumentum est alias terras in contributum venire cum Oppido Arone.
Augetur probabilitas argumenti facta relatione æstimi, quod in contrario sensu
sustinerent Aronenenses pro solis perticis 4932. ad longe minorē quantitatē,
quam sustinet Oledium; cum enim etiam si perticatus Oledij vniaretur, & sumeretur
in complexo cum toto perticatu Castelletti, attamen ambæ Communitates non con-
ficerent plusquam pert. 22664. & pro hoc insigni perticatu non sustineat plusquam
libras 652. 12. improbabile esset asserere, vt pro perticis 4932. onerandi fuisse Aro-
nenenses in æstimo libr. 750.

Veruntamen euellitur fragilis hæc conjectura si probauerimus hoc argumentum de-
sumptum

sumptum, ex qualibet qualibet correspondentia librarum, quæ assignantur ijs singulis Ter-
ris cum integro numero æstimi, quod Aronæ adscribitur fundari in supposito peni-
tus falso, nempè, quod libræ, quæ ibi enunciantur, sint libræ illius æstimi, quod
modo supportat dicta Communitas, cum ramen, & series impositionis onerum,
& omnis ratio suadeat suppositum istud cum rei veritate pugnare.

Vt autem cubitalis error istius suppositionis statuatur in claris firmando venit in vni-
versum cognitionis illius, quod importatur in subiecta materia per hanc vocem æsti-
num, vt deinde præcognita quidditate æstimi, ex comparatione oneris, quod con-
notatur per istam denominationem cum circumstantijs, & qualitatibus illius libri
in quo sine nomine adnotatus reperitur ille numerus librarum, quas Communitas
vocat libras æstimi, inferatur an sit possibile per eos numeros anonomos inferri æsti-
num dictæ Communitatis.

Æstimum hæc vox non vnam in iure acceptionem habet. Primò enim, & propriè defi-
nitur, quod sit taxatio, quæ fit de patrimonio alicuius ut intelligatur quantum sit
res, & patrimonium illius ad effectum ne vnu pro alio indebet grauetur in distri-
butione onerum iuxta normam, *l. forma censuali*, ff. de cens. & l. omne Territorium, C.
de Cens. lib. 11. Festas. de collet. cap. 1. num. 3. & consonant cum hac descriptione allata
per Garon. de oneribus, cap. 8. num. 21. Opizzon. de oner. parte 2. fol. 1. num. 6.
Aliter, & frequentius accipitur verbum istud pro catastro in quo bona vniuersisque
recurrunt vna cum censu eisdem bonis spectanti prout, & in hoc sensu explicat.
Festas. dicto cap. 1. num. 4.

His autem, & quibuslibet alijs Iuristarum acceptionibus omissis proprius accedendo
ad consuetudinem huius Prouinciae constantissimum est apud Practicos nofrates no-
mine æstimi nihil aliud significari, quam eam quotitatiuam portionem onerum in
huius Domini taxatum fuit, atque censitum in repartitione primitivi indicti, quod
quia in sui origine nomen mensualis accepit à mensura solutione scutorum 25. m.
exinde nouis superindictis, & maioribus hospitationibus taliter aetua, vt primum
nomen exuerit. Ideo quando dicitur talem Communitatem taxatam esse in tot li-
bris æstimi, tunc intelligimus ex vniuersa illa impositione mensualis huic Statui in-
dicta, deinde subdivisa per vnumquemque Comitatum, & Ciuitatem in terras, &
Oppida suæ Dictionis obtigisse tot libras prædicti oneris, vt in hunc sensum vocem
hanc adaptandam ad proximam Prouinciam explicavit Oppizzon. de oner. fol. 1. n. 6.
Hæc autem libræ licet ab initio possent dici imposta tamquam vera portio mensualis
cum effectu pendenda per Communitates in summa tot librarum pro subuentione
militari, & arcendum incommodum effectuæ hospitationis, attamen postquam
Ciuitates, & loca huius dominij cœperunt cum effectu hospitari, & sustinere mili-
tem, fluit quoad omnes Terras Dominij, hac Mediolani Ciuitate excepta, effe-
ctuæ contributio mensualis conuerso hoc onere in reale stipendium, & alimentum
militis longe excedens importantiam oneri mensualis, vnde distributio, & taxa-
tio librarum mensualis singulis Communitatibus facta, quamvis vigeat usq; in hanc
diem attamen in effectu ad nihil aliud inferuit, quam vt sit regula, & mensura re-
partitionis onerum, quæ deinde superuenerunt, quia nempè certa existente ea
mensualis singulis Communitatibus assignata tempore effectuæ exactionis
mensualium super illis libris mensualis repartientur onera in dies currentia, & licet
ex Incremento onerum in dies superuenientium nunquam augatur numerus libra-
rum mensualis antiquitus taxatus Comunitatibus, augetur tamen valor libræ, quia
iuxta importantiam hospitationum annuatim currentium, & iuxta scrutinium, quod
singulis Annis editur ab Officio Ducatus libra mensualis modo relevat mille dena-
rios, modo plus, vnde nomen libræ in hoc casu non designat certam annuam præ-
stationem permanentem, & inalterabilem consistentem in tot libris puta solidorum
viginti, sed importat quandam mensuram idealem regulantem impositionem one-
rum, vt de his testat. Somal. fol. 94. 297. & fol. 200. Opizzon. de oner. p. 2. fol. 358.
line. 28.

Porrò in constituentio, & assignando hoc Estimo, quod vt prædiximus idem est ac quo-
ta men-

ta mensualis Prouinciae huius Status non sunt vsæ eadem methodo sed cum Prouinciae omnes excepto Ducatu isto, & Episcopatu Nouocomensi sustinerent illam speciem oneris quam vocamus taxam equorum, onus hoc mensualis diuisum fuit, & proportionatum numero æquorum singulis Communitatibus taxatorum, ut refert D. Balthess. Paravic. in suo Oper. *L'inequalità del peso*, fol. 2. Quod onus sicuti erat æqualius, ita æqualior fuit distributio mensualis regulata ad normam taxæ equorum. In hoc verò Ducatu prout etiam in Episcopatu Nouocomensi cum non agnoscamus taxam æquorum, proinde cessante ea norma mensuale fuit prouisionaliter repartitum ad normam Stariorum Salis singulis Terris assignatorum tempore Ducis Francisci Sfortiae primi ad rationem librarum sex solidum, 6. pro singulo stario, de qua reparatione extat ordinario Illustrissimi Magistratus Anni 1565. diei 10. Aprilis relata per Somal. fol. 189. vnde ut sciatur quota portio mensualis obtigerit tali Oppido sufficit enuntiari illud taxatum esse in tot Starijs Salis, pro vt hanc normam seruauit Opizzon. in sua relat. posita in lib. 2. vbi recitando Terras Ducatus adnotat solummodo Staria Salis, in quibus reperiuntur taxatae.

Singulare tamen est in Terris Verbani Lacus pro ut etiam in Terris antiquitus possel-
fis a DD. Vicecomitibus ut tam in libris Opizzoni, quam in alio libro inscripto:
Descrizione dell' entrate Camerali, non reperiatur dictis Terris adnotata sua sarcina
sextariorum Salis.

Hoc autem vel processerit ex eo, quod onus Salis sit personale, pleræq; autem earum non agnoscant onera personalia, vel etiam ex eo quod cum dicta loca gaudeant priuilegio emendi salem minori pretio non debuerint permisceri cum alijs Terris, quæ non potiuntur simili priuilegio, illud ad rem nostram irrefragabile est quod quantum ad assignandam eisdem Terris suam quotitatiuam portionem æstimi seruata est norma stariorum salis obuentorum eisdem Communitatibus in generali taxatione facta per Ducem Franciscum Sfortiam ad effectum sciendi quantitatem salis per singulas Communitates consumendam, & extrahendam à Gabella Principis, & Estimum fuit illis repartitum ad ratam salis nempè in rationem librarum 6. 6. pro singulo sextario, ut cum staria salis, in quibus taxatum est Oppidum Aronæ ascendant ad numerum stariorum 112. æstimatum illis obuentum formet lib. 705. 14. prout in hac summa describitur ab Opizzono.

ma describitur ab Opizzono. Explicato conceptu huius vocis *aestimum* vt sciatur an libræ anonymæ quæ reperiuntur adnotatæ ad latus illarum Terrarum, quæ describuntur in dicto libro generalis dimensionis sint positæ ad importandas libra æstimi huiusque descripti vel potius imputent aliud quid longè diuerso ab æstimo, reminiscendum est de quoddam proclamate publicato de Anno 1558. Iussu Illustriss. Ducis Sueffæ, in quo ad effectum soluendi quoddam indictum scutorum 100. m. conuentum inter hunc Statum, & eundem Ducem pro satisfaciendo per æquatoribus, & alijs, qui allaborauerant confidæ generali mensuræ, & æstimationi stabilium huius Status impositum est quoddam onus perticatus singulis Terris iuxta qualitatem Terrarum, illudque exactum, & persolutum in manibus tunc Thesaurarij generalis Io. Baptiste Arconati, vt constat ex proclamatibus tunc publicatis, & apocis confessionum factarum per eundem Thesaurarium Commissarium talis perticatus, & de hoc proclamate meminit etiam *Dizionario neotomico in sua discursi sopra l'origine delle granze eze fol. ult.*

Piaz zol. nouocom. in sua discurs. sopra l'origine delle granzeze. joi. 2.
Ex collatione istorum euincimus improbabile prorsus esse quod dictæ libræ connotent
libras æstimi, sed pernecessere importare libras illius perticatus qui fuit impositus An-
nis 1558. & 1559.

nis 1558. & 1559.
Cuius veritatis plures damus euidentissimas demonstrationes.
Prima desumitur ex qualitatibus , & concomitantibus sub quibus describuntur illi numeri librarium quæ cum non sint applicabiles ad naturam illius oneris , quod appellamus æstimatum fatendum est rem importatam per illos numeros à substantia æstimari esse diuersam , quippe disconuenientia qualitatum arguit rerum diuersitatem , l. in testamento 27. ff. de condit. & demonstrat. l.p. Cod. si vn. & plur. appell. Alex. conf. 73. vol. 3. num. 7. Mascard. concl. 874. num. 4. Menoch. lib. 6. præsumpt. 15. num. 32. Ruin. conf. 715. num. 4. vol. 5. Cyriac. contr. 321. num. 8.

Quod

Quod autem forma sub qua notantur prædictæ libræ non conueniat ad speciem libræ
rum æstuum, vel ex eo dignoscimus, quod inibi prius describitur quantitas perticatus
cuiuslibet loci illi verò perticatu immmediatè contrà ponitur suus numerus librarum
in hunc modum vlx.

Dromella à fol. 14 à tergo somma pert. 4932. tau. 2. lir. 213. Q. 1
Hinc liquet numeros illarum librarum stare relativè ad summam illius perticatus qui primò describitur, & in totum proportionari ad ratam Terrarum, ita quod quantitas Terrarum, quæ primò ponitur non solum habeat se per modum subiecti, & rei, de quo prædicantur illæ libræ cohærentes vnicuique parcellæ, verum etiam numerus perticarum deseruiat pro mensura librarum, quæ annoндæ veniant cuilibet pago, tum quia videmus ex maiori, vel minori numero perticarum cuiuscunq; loci augeri, vel minui numerum librarum, qui dictis locis adscribuntur, tum etiam quia cum dicti numeri non possint stare disparatè, sed debeant necessariò connecti, & referri ad aliquid, sequitur vt relatio debeat fieri ad proxima, sive ad quantitatem Terrarum, quæ præmittitur ad dictos numeros tanquam ad suum principale. Cyriac. contr. 174. n. 64. Bartol. in l. fin. S. Titia, ff. de liberat. leg. Ruin. conf. 131. n. 2. & 5. vol. 2.
Hæc planè relatio, & necessaria proportio quam probamus habere illos numeros librarum cum perticatis antesciptis manifestat evidentem diuersitatem, quin immò repugnantiam, quam habent illi numeri cùm conceptu librarum æstimi; Cùm enim ex supra præmissis constantissimum sit in hoc Ducatu æstimum quamvis in sui origine descenderet ab onere merè reali, nempè ex onere mensualis distributum tam fuisse, & assignatum singulis Communitatibus non ad ratam Terrarum, sed ad normam sextariorum salis, illæ autem libræ quæ describuntur sine nomine in libro generalis dimensionis nullatenus referantur ad normam salis, sed proportionentur ad relevantium perticatus cohærentis, sensu percipimus regulam conficiendarum, illarum librarum longè aliam esse à regula seruata in constituendis, & repartendis libræ æstimi cùm illa fundetur in proportione Terrarum, sive in reali, ista verò in rata salium vnicuique obuentorum sive in personali, ideoque eas libras tanquam omnino dissimulas à conceptu æstimi non posse interpretari in eum sensum, vt connotent libras eiusdem æstimi.

Secundò incongruentia dictarum librarum cum conceptu librarium æstimi, ex eo de-
præhenditur, quod in recitato Codice non solum describitur perticatus singularum
Terrarum in vniuerso, & summa librarum illius superindicti spectantium vniuersi-
tati in complexo, sed etiam sit subdiuisio eiusdem perticatus in capita singulorum
possessorum recensendo Terras ab unoquoque possessas; in capite autem vniuersi-
tusque adnotantur particulares solutiones factæ ad extinctionem census vnicuique
spectantis, quæ solutiones non solum arguant diuersitatem inter illas libras, quæ
finè nomine recensentur, verùm etiam destruunt conceptum æstimi. Cùm enim
æstimum, quod hodie ferunt singulæ Communitates, non sit ipsa materia illius
oneris, quod realiter pendit, sed quid inerè imaginariū, & ideale deseruiens
tantum pro quadam methodo, & regula partiendorum omnium onerum, vt testa-
tur Somat. citat. fol. 194. & fol. 297. consequenter dum onera, & penitentes de-
quibus agitur in eo libro cum effectu apparent solutæ per possessores bonorum, ridi-
culum effet dicere, quod solutum fuerit æstimum, sed sensus est solui importantiam
illius, quod relevant singulæ libræ æstimi, vnde nec istæ libræ habent certum valo-
rem fixum, & invariabilem, sed importantia librarum æstimi modò crescit, modò
decrescit iuxta impositionem, quæ in scrutinio solito fieri per Officiales Ducatus fin-
gulis Annis indicitur, & taxatur, vt praxis docet; E contra verò in sensu aduersan-
tium si libræ annonimæ in dicto Codice adnotatae habendæ essent pro libris æstimi,
cùm successivè legantur solutiones singulatum factæ per singulos possessores se quere-
tur notabile absurdum, neimpè per adnotatas solutiones fuisse extinctum æstimum
sicque actum esset de æstimo illarum Communitatum de quibus constat, quod semel
soluissent illas libras, quas pars aduersa appellat libræ æstimi sublatæ, quod enim semel
& extincto æstimo cessaret collecta deberi. Bald. in l. etiam, num. 43. Cod. de exeq. de-
rud. Dec. conf. 245. num. 5. Gallia conf. 44. num. 26.

Tertio

Tertio ne tales numeri referant libras aestimi evincit circumstantia temporis, quo constat dictum librum fuisse in praxi relativum ad tempus, quo notum est publicatum, fuisse in hoc Statu aestimum generale. Quod enim exercitio aestimi, & promulgatio illius, quamvis formari cepti vsq; ab Anno 1548, dilata fuerit usque ad Kal. Julij Anni 1599, extant ampla documenta, & apud Somaleam pag. 162, & apud Piatz Vol. in rebus discurs. pag. 10. 11. 12. 13. & 14, e coonta vero Archetipum illum a quo pars H aduersariae desumptum extractum in actis dimissum compilatum fuisse, & practicatum usque de Anno 1558: demonstrant quin plures solutiones inibi inscriptae de dicto Anno 1558, siccj, quod dictus liber praecesserit publicationem aestimi spatio Aeneopum 40. Hic itaque ordo temporum, & rerum gestarum impossibile reddit suppositum aduersariae Communitatis, quod nempe iij numeri commonet libras aestimi, cum enim tempore narrati libri materia aestimi adhuc esset incompleta, & indigesta repugnat principijs Iuris, & naturae ut dicta librae adiutorate ad singulas Terras praedicentur de eo, quod tamquam nitidum inesse productum, nec est de genere entis, L. eius, qui in prouincia, si de reb. cred., & cum divisione mensualis, siue aestimi in iustas quotas singulis Prouincijs obtingentes, & successiva sub distributio ab omni Prouincia in singulos Comitatus non prius ordinari potuerit, quam praexisteret aestimatio iam ab solutum, iam publicatum, fuitque finis intentus in compilatione aestimi, & effectus nascens ab illius publicatione non datur intelligi quomodo de Anno 1558, quo tempore apparer iam extitisse dictum librum, Terræ, de quibus ibi mentio habetur, potuerint iam esse sortitæ suum peculiare assignamentum mensualis, & describi tamquam taxatae in certa quota mensualis cum si publicatio aestimi generalis fuit causa discussionis particularis, causal tamquam prior pars ientis debet necessario precedere effectum, qui est pars illius posterior. Baldi in prima, n. 7. Cod. de sacros. Ecles. Alex. conf. 246. n. 2. lib. 6. Manu. de Taur. lib. 12. rit. n. 30.

E conuerto autem, quod dicti numeri significant libras perticatos impositi per tubic temporis huius Status Moderatores, qua est secunda pars propositæ assertio his, manifestius suadetur ex conuentia, quam habent singulae particularitates huius libri cum circumstantijs, sub quibus indicium fuit extraordinarium illud onus perticatus. Constat enim in distribuenda collecta praedicti perticatus libratis fuisse separationem qualitatibus Terreni, & singulas species Terrarum taxatas fuisse secundum prouentum, quem singulae aptæ erant redderi distingendo vinclatis a pratiis, & aratorias a siluis, & singulas taxando ad ratam. Hanc autem ipsissimam normam seruatam fuisse in dicto libro generalis dimensionis, & in exigendis debitöribus, qui in dicto libro adnotantur, cum ibi reperiatur descripcta qualitas terrenorum, nempe annidatio, prato &c. & singulae Terræ censitæ in summa correspondenti cum taxatione Terrarum, qua legitur in dicto proclamate, qua formæ censendi sicut abhorret à regula seruata in hoc Ducatu circa distributionem mensualis, siue aestimi, quod ut supra monstrauimus non fuit distributum ad ratam Terrarum, sed ad ratam Salis, ita cum propè accedit, & perfectè conueniat cum ea norma, quam iussit Excell. Moderator seruari in repartitione huius extraordinarij perticatus dicendum venit incertitudinem illarum librarum, qua iacent sine nomine certificari ex qualitatibus sub quibus describuntur, & stare ad denotandas libras huius perticatus, non vero libras aestimi, quando enim dubitatur de identitate rei sufficit probare qualitatem, qua concordet, quasi illa probata censeatur, etiam probata identitas. Aym. conf. 198. n. 2. Alex. conf. 133. vol. 3. in fin. lib. 1. Gratian. discept. 745. num. 86.

Eadem conuenientia reperitur in tempore, quo dictum onus perticatus indicium fuit cum tempore, quo in vnu fuit dictus Codex generalis dimensionis, & quo terræ taxatae fuerunt, & illatae solutiones per singulos possessores, quod sic uix libro constat fuisse de anno 1559. vt ibi

D. Hieronymo Sardo in Arona à num. 2. adl. 12. Genaro 1559. in corrispondet tempori, quo promulgatum fuit proclama impositionis huiusmodi perticatus, quod fuit de anno 1558. die 3. Augusti, & eius exactio continuata pro anni sequentibus 59. 60. 61.

I retenitis demonstrationibus hucusque allatis, quod innegabiliter conuinxit tales libras

bras importare onus perticatus impositi de Anno 1558, & exacti per aliquot Annos sequentes est ipsa assertio. Officialis assidentis ad Custodiā librorum, quæ legitur posita in capite dicti extractus his verbis nel libro intitolato Lago Maggiore, dove sono descritte le notificazioni de perticati fatte da particolari del sudetto Lago. Declaratio ista, quæ prouidentissime adiecta fuit ad exprimendam continentiam talis libri funditus destruit suppositum Aronenium. Primo ostendendo documentum, in quo se fundant, & quod ipsi appellant librū dimensionis generalis esse quid omnino diuersum, nempe librum notificationis perticatus factæ a singulis possessoribus, non autem dimensionis generalis, quæ non est secuta ad relationem possessorum, sed per verum actum dimensionis factæ a peræquatoribus, & menisoribus, ideoq; non percutere assumptum Aronenium consistens in eo, quod occasione mensurationis generalis prædicta loca vnta fuerint cum aestimo Aronæ. Secundo comprobando ad evidenter per dictos numeros ibi adscriptos significari libras illius perticatus pro cuius æquali distributione imperata fuit per Excell. Moderatorum singulis possessoribus Terrarum notificatio perticatus, ut ex proclamate publicato sub die 12. Martij Anni 1561. Cum enim talis professio perticatus, quæ enunciatur contenta in prædicto regesto non sit qualitas applicabilis ad materiam aestimi generalis, sed præcisè conueniens, & non videt ex concursu huius perticatus, cuius occasione iussum est illam fieri quibus a materia aestimi, & dari individuum demonstrationem, quod illi numeri referant libras illius oneris ad cuius impositionem præcessit notificatio perticatus. Cum igitur qualitates librarum in dicto Archetypo descriptarum perfectè conueniant cum forma perticatus, omnino autem discordent à forma repartitionis aestimi, omnis ratio rectæ interpretationis euincit dictas libras in dubio capiendas esse pro eo onere ad cuius speciem magis accidunt, non autem pro eo cum quo nullam habent similitudinem. Cæterum quam sit irrelevans argumentum vniōnis desumptum à prædicto Archetypo conuincimus ex ipso ore Aduersantium, & ex alia ratiocinatione, quam ipsi inducunt ex libro descriptionis introitum Cameralium, quæ omnino destruit coniecturam vniōnis si quæ posset resultare ex præfato libro quem vocant dimensionis generalis. Eatenus enim ex Codice Introitum Cameralium decerpunt Aduersantes coniecturam vniōnis Muzzani cum Oppido Aronæ, quatenus in dicto libro fol. 163. reperitur disposita quædam classis Terrarum, quarum caput constituitur Oppidum Aronæ, expressimendo dumtaxat illius perticatum, & aestimum in numero lib. 750. Alias vero Terrulas in ea classe subordinatas describendo sine annotatione perticatus, & sine expressione quæstionis singulis terris spectantis, ex quo inferunt ex aduerso, quod cum hæc alia loca remaneant absque assignatione quotæ, & nominentur accessoriæ, & coniunctim cum Oppido Aronæ, portio onerum illis spectans intelligi debeat coaceruata cum dicta summa lib. 750., illique in esse tanquam pars integralis, quia vnitas descriptionis census plurium locorum vnitatem importet. Atqui totum contrarium militat, inspecta forma descriptionis seruatæ in dicto libro, quem vocant dimensionis generalis. In hoc enim libro, quamvis ex coherentia locali, quam habent aliqua ex his municipijs cum Oppido Aronæ, collocentur in ea statione, cuius caput posita est Arona; Attamen singulis Terris super perticatus adscribitur, & assignatur vnicuique sua partio quotitatis illius oneris, quod pars appellat aestimum, nos vero perticatum esse monstrauimus, ex quo, etiam sequendo sensum Aduersantium, manifestissime liquet, secundum terminos istius descriptionis, non solum cessare illam præsumptionem aggregationis, quam Aduersantes considerant, vbi singulae describuntur per modum vnius sine perticatu, & sine sua quota onerum, sed immò emergere solidissimam probationem separationis ab Oppido Aronæ, & quia nempe vnuquodque ex prædictis pagis denominat suum perticatum, & designat suam portionem illius oneris, & consideratur tanquam de per-

DAZIC
RAZ

se stans, & independenter ab Oppido Aronæ, quippe separata descriptio census est argumentum exclusum subjectionis, & indicat locum separatim taxatum non esse aggregatum illi Territorio, a quo sciungitur per peculiare assignamentum quotæ.

Alba conf. 114. n. 11. Socin. conf. 187. vol. 4. n. 2. Alex. conf. 35. col. 2. vol. 4.

Hoc autem argumentum, quod nos desumimus ex eo, quod hæc municipia apparet diuisim Taxata in sua portione onerum percudit in individuo, & infert separationem à dicto Oppido non quo ad regimen, & quo ad aliqua capitâ subjectionis tantum, sed quo ad onera, cum fundetur in pupulo peculiaris assignationis, quæ legitur in factis singularum Terrarum. Ideoq; vis argumenti quod fit a contrario sensu illius ratiocinationis, quam formant Aduersantes in libro introitum Cameralium, non potest euaduere distinctionis, quam conantur afferre de territorio subalterno, neirpè aggettato, quo ad aliquas partes, & signa subjectionis, non autem quo ad onerum contributionem; si quidem non negamus excare, & dari posset in hoc Ducatu, quam etiam alibi hanc speciem Territorij subalterni teste Gall. conf. 70. n. 46., cui adductum expressum loquenter. Alba conf. 111. n. 12. Dec. conf. 369. vol. 4., vbi loquitur de Civitate Sauona erga Ciuitatem Januæ, sed dicimus separationem Muzzani ab Oppido Aronæ, vel esse plenissimam, quia pars aduersa nulla probet vestigia vñionis tradita per Gall. dictio conf. 70., vel certe illam adesse quo ad hoc caput solutionis onerum, quia neippe in eodem documento, in quo se fundat Communitas Aduersaria, repeatitur per se ipsam censita, & quia sicuti vñio descriptionis census præstat argumentum incorporationis ita contraria forma confendi per separatum assignamentum arguit separationem. Alex. conf. 114. col. fin. vol. 4. Alba conf. 113. num. 18.

Hinc intelligimus argumentum deductum ex qualibet errrespondentia, quam habet summa librarum adscriptiarum ad latera illorum pagorum in complexo sumpta cum summa æstimi, in quo cedula reperitur Communitas Aronæ, trahivelut per machinam ad probationem vñionis, & nihil concludere.

Docto enim, prout abunde docuimus de errore suppositi consistentis in eo, quod tales numeri designent libras æstimi, cum series rerum gestarum, & cæteræ qualitates concorrentes prædictum librum per necesse euineant in illis numeris referri libras. Ex his eneuato fundamento vñionis, quod constituerat pars aduersa super Archetypodimensionis generalis, seu potius super libro professionis generalis perticatum, assumimus aliud caput probationis, quod statuunt in recitato libro descriptionis introitum cameralium.

rum Salis, & habito respectu ad quotam Salis, quam fert Arona, prior taxatio in libris æstimi 750. apparet mendoza, & excessiu illius veri oneris, quod debebat obtingere Comunitati Aronæ ad ratam sui Salis; E contrâ vero Taxatio in lib. 705. si resoluatur in libras 6. 6. pro singulo sextario, vt in hunc modum repartitum esse mensuale suprà monstrauimus, perfectè correspondet numero sextariorum salis Aronæ assignatorum, qui sunt num. 112., vt pater ex demonstratione Aritmethica.

Hoc autem posito non est reperi illam numericam consonantiam earum librarum, quas pars appellat libras æstimi ascendentibus ad summam librarum 737. cum æstimo Aronæ, quod est in summa librarum 705., neq; illam minimam distantiam, seu maximam proportionem, in qua fundatur ex aduerso conjectura vñionis, quippe cum numerus librarum 705. a num. librarum 737. fallat in num. lib. 32. relinquit arbitrio prudentissimi Tribunalis diudicare, an variatio ista modica sit, & minimæ considerationis.

Illud sanc certius est, & valde consonum rationi, quod cum argumentum desumptum à simplici coincidentia numeri non sit argumentum necessarium, sed merè conjecturale, & fallibile, dum concordantia talium numerorum potest contingere merè per accidens, etiam si esset luctum, & perfectè concordans, ferè nihil relevaret intentionem Actoris, cuius probatio debet per necesse concludere, & esse demonstrativa, non autem accidentalis, l. neque natales, c. de probat. Quod si vltius proportio ista recedat, & discrepet in numero terdeno, & vltre, cubitabis ista disparitas tanquam contraria regulis demonstratiuis Aritmethicæ, quæ certæ sunt, & infallibilis, ac repugnans harmonicæ correspondentiae numerorum, destruit quodvis suppositum, & excludit quamqq; illationem, quæ posset fieri ex concordantia numeri, quippe argumentum, quod petitur ex conuenientia, & similitudine debet esse in puncto, aliter non valet, etiam si parua sit dissimilitudo. Menoch. conf. 1014. n. 27.

& docent per multi quos refert Barbos. lot. 101. num. 6. & 7. Ex his eneuato fundamento vñionis, quod constituerat pars aduersa super Archetypodimensionis generalis, seu potius super libro professionis generalis perticatum, assumimus aliud caput probationis, quod statuunt in recitato libro descriptionis introitum cameralium.

In huius libri pag. 163. ita legimus dispositum Oppidum Aronæ, cum classe aliarum Terrarum.

Arona hæc nullum tenet nisi in traditione, non habet p. 4931.
Così raffata in lir. 750.

Feudo ut supra.

Dromello con la Cassina giurisdizione d'Arona.

Gresente giurisdizione ut supra.

Mercurago ut supra.

Muzzano ut supra.

Retenta hac forma descriptionis, suppositum vñionis hoc pacto putat euincere pars aduersa. Ex quinque Terris, quæ inibi describuntur, nulla est quæ accuset suam quoram æstimi excepta Arona, quæ etiam ponitur antesignana aliorum locorum; Igitur æstimum istarum Terrarum includitur in massa æstimi Aronæ, cum enim faciem onerum vñi quisque debeat agnoscere ex l. omnium Cod. de vestigial. & l. in frumentis Terræ censi debet deperdita earum portio, ergo inesse æstimo Aronæ tanquam membrum suo corpori.

Auctoris sine mandato, & licentia alicuius Tribunalis sine Superioris tanquam scriptura Apographæ nullam fidem esse adstruendam, omni iure cautum est, vt de libro apographo disponit Text. in cap. Canones distinct. 16., & tradunt Conar. var. resol. lib. 4. cap. 17. n. p. Carol. Marant. in medull. decret. verb. Apographa.

Videamus primò quid concludat circa assumptum vñionis, secundò an circa veritatem sue expositionis in vñiversum mereatur fidem?

Quoad primum non agnosco quo pacto ex forma descriptionis à dicto incerto auctore seruata

seruata capi possit coniectura vniōis illorum locorum cum Oppido Aronae, qui
potius ipsa forma descriptionis praebeat non leua argumenta separationis.
Primo enim obseruo receptissimum esse in Iure, quod vbi aliqua substantia vnitur alteri, Tunc virtute vniōis supprimitur denominatio substantiae vnitae, & remanet sola
denominatio principalis cum quo fit vniō. Decian. resp. 64. num. 2. lib. 4. Gratian.
dīcept. 291. num. 2. Valenzuel. conf. 22. num. 10.
Si igitur municipia haec adiacentia in compilatione talis libri considerata fuissent tanquam incorporata cum Oppido Aronae, incongrua prorsus fuisset peculiaris descrip-
tio etiam aliarum Terrarum, quippe cum in ea hypothese censeri deberent annexa,
& veluti inclusa in Oppido principaliter tanquam membra sub corpore superflua fuisset
denominatio membrorum, quae satis significantur expresso corpore, DD. in l. cum
diuersis ff. de relig. & sumpt. fun. Sanfelic. decis. 189. num. 2. Sicuti hoc argumento ad
excludendam vniōem Villae vnius ab altera vtitur, Riminald. sen. conf. 161. n. 2.
Huius rationis efficaciam fassi sunt Aduersantes in discursu, quem formant super libro
Opizzoni, ex quo sicuti inferunt vniōem istarum Villarum, quia Opizzonus inter-
terras lacualeas recenset dumtaxat Oppidum Aronae, alias vero silentio praetermittit, ita si discursus Aronenium sibi ipsi constaret agnoscere debuissent ex hoc libro
non probari, sed destrui suppositum vniōis; Idcirco haec repugnantia documento-
rum, & quasi mutua collatio probationum manifeste arguit neutrum ex illis conclu-
dere eorum assumpsum sicuti de Opizzono inferius ostendemus.
Secundo ad exclusionem prætensem vniōis fortius vrget determinata taxatio pertica-
tus, quem idem auctor adscribit Oppido Aronae diuisim à perticatu aliorum locorum;
Cum enim vera relevantia perticatus illarum terrarum coniunctum sumptuā ascen-
dat ad perticas num. 18292., attamen in enunciando perticatum Aronae non con-
fundit scriptor perticatum aliorum locorum, sed præcise describit perticatum Aronae
in numero iugerum 4931., & super eo constituit, aut refert aestimatum librarum
750., quod verius esse probauimus in lib. 703. Quod si mens compilatoris fuisset
adstruendi loca subordinata tanquam vnitae aestimio, & Corpori Communitatis Aronae,
cum facta vniōne terrae vnitae euadant membrum illius corporis, cui aggregan-
tur, Corpus Aronae debuisset describi etiam cum perticatu aliorum locorum tanquam
quod est pars integralis totius perticatus Aronae, alioquin remaneret inadæqua-
descriptio.
Cum igitur ex coherentia dictorum locorum ipsem scriptor nullum desumat incre-
mentum perticatus Aronae, sed eum referat in vero numero, quem format Commu-
nitas Aronae nihil addito, vel detracto, exinde arguimus noluisse auctorem ipsum
significare haec municipia tanquam vnitae quippe haec peculiaris, & limitata descrip-
tio destruit conceptum vniōis, cuius proprium est augere rem, cui fit vniō.
Et cum in sensu Aduersario in hac summa libr. 750. prætendatur ingressa esse etiam
portio quotitatua onerum spectantium alios municipijs, dum in perticatu Aronae
non includitur perticatus aliorum locorum, non datur intelligi, quomodo in aesti-
mo Aronae censeri debet collectum aestimatum terrarum adiacentium, quippe perti-
catus est ipsa materia aestimi, & veluti pars illius subiecti, in quo recipitur, & de-
quo prædicatur aestimatum, & si subiectum non ponitur vnitum, neque debet vnitum
intelligi prædicatum, vt inter vnum, & aliud serueretur proportio. Surd. decis. 149.
num. 18. Gratian. dīcept. 214. num. 22.

In hunc sensum concurrexit ipsa forma relationes factae per dictum Scriptorem de quota
aestimi ad Aronam spectante; Hoc aestimatum, quod describitur in libris 750., &
quod pars Aduersa persistit conflari ex portionibus quotitatibus obtingentibus etiam
quatuor alios municipijs in hoc tamen Codice non describitur tanquam resultans ex
complexo, & vniōne quatuor aliorum locorum, quod eueniens, si reperiatur de-
scriptum, vel post recensita haec singula loca, & in fine illius stationis; Tunc enim
cum ante descriptionem aestimi præsupponerentur illae omnes Terrae, signum est
eas omnes concurrere ad conficiendum tale aestimatum, vel si illud describendo in ca-
pite solius Aronae adiecta esset aliqua dictio copulativa aliorum locorum, vt acci-
debat in casu relato per Sanfelic. dicta decis. 187. num. 23. Vbi vim facit in dictione cum
omnibus

omnibus suis pertinentijs, & iuribus, contenta in iuestitura, seu concessione feudi,
quæ habet coniungere omnia accessoria ex l. p. ff. de fund. instr. & instrum. leg., & ex
alijs, quos ibi congerit.
Atqui in hoc libro collocatur solum Oppidum Aronae seiuictum ab alijs locis; Aestimu-
mum librarum 750. describitur in facie solius Aronae per verba numeri singularis,
& importancia merita singularitatem, nempe Arona così tassata in libr. 750. Vnde
applicare singulis locis inferius scriptis aestimatum illud, quod particulariter prædi-
catur, & adscribitur vni soli, cum verba scripturæ debeant intelligi, prout iacent.
Sanè in hoc ipso Codice, vbi auctor intendit indicare aliquas Villas tanquam vnitae
alicui Oppido principaliori non seruauit hanc normam, sed usus est medijs, & ver-
bis aptis importare vniōem iuxta animadueriones à nobis hucusq; factas; Exem-
plum est in Oppido Vergantis pag. 163. quod cum habeat quamplures Villas fibi
vunitas, proinde ipsem auctor volens exprimere vniōem adiacentium pagorum
incipit à descriptione Oppidi principalis, enunciat perticatum illius non scorsim, &
simpliciter in sola quantitate perticarum, quos conficit Oppidum Vergantis, sed in-
corporando perticatum aliarum Terrarum, ex quarum vniōne reponit in capite so-
lius Vergantis perticas 98878. Idem seruat respectu aestimi nam ex concursu, & ag-
gregatione quotæ quam relevant loca subordinata, enunciat in capite solius Ver-
gantis totum aestimatum in num. librarum 2099. cæteras autem villas describit sine
perticatu, & sine aestimo, ac demum ad tollendam omnem dubietatem, quin dictæ
terræ habendæ sint tanquam vnitæ, præmittit huiusmodi expressionem „Vergante
con Læsa con le Terre infrascrivite misurate alla destesa.“ An clarior haberi potest exclu-
sion vniōis in alijs Villis, quæ describuntur in statione Arone? Certè, si vbi auctor
intendit veridè enuntiare vniōem vtitur certis modis illam importabitibus, aesti-
mum plurium locorum complicat in uno solo, & ex pluribus perticatis vnicum
conficit, & quod plus est manifestat vniōem disertis verbis, dicendum venit, vt
modus seruatus in uno loco ad significandam vniōem habeat vim præcise exceptio-
nis, quæ firmat regulam exclusuam vniōis in alijs locis, in quibus vniō non signi-
ficiatur iisdem medijs, & quod sicuti vniō aderat, eam sciens exprimere, ita non cen-
seatur adesse, vbi illam non expressit.
Quod igitur prædictæ Villæ legantur collocatae successuē post descriptionem Aronæ
quodque illæ iaceant sine mentione sui perticatus, & sua quotæ, id non illico infert
earum comprehensionem in Oppido Aronæ, cum eorum præterito potuerit in-
mente auctoris aliundæ causari, vel nempe quia prædicta loca noui fuerint dimensa,
vt contigit in alijs villis relativis ab Auctore pag. 165. vbi enunciatur infra scripta loca.
Masera cum sua Villa.
Trontano con sue Ville.
Beuera.
Cardeza.

Et retinet earum perticatum, ea ratione, quam reddit, quia nempe non fierint men-
surata, vel quia agnouerit quo ad onerum contributionem illa esse vnitæ cum alijs
Oppidis quamvis quo ad situm non nullæ ex illis essent circumiacentia ad Oppidum
Aronæ, vel etiam quia vi de locis modici perticatus, & modici oneris, eorum ve-
ram quotam ignorauerit, vel alia quavis ratione nobis incognita, quam non est
possit inferri vniōem cum Oppido Aronæ, & deficere inditia, per quæ vniō con-
gruerenter significanda erat.
Docto igitur, ipsummet librum non concludere assumpsum Aronenium quia nempe
mens ipsa compilatoris aliena fuerit à significanda prætensa vniōne, superflius vide-
tur omnis labor in exploranda fide huius libri.
Vt tamè intelligat Illustrissimus Magistratus, quam lubricis nitatur fundamentis in-
tentio Aronenium ex colluie plurium errorum, quibus redundat hic liber duos
nimium cubitales sufficiat recensere.
Villam Grisenti adnotat sub iurisdictione Aronæ, & tamè non est, qui oppugnet illam
sempor

semper fuisse, & esse in præsenti de iurisdictione pheudali Castelletti supra Ticinū, il-
lamq; sibi afferere Pheudatarios Castelletti prout ea cum effectu potiuntur, & gaudent.
Plura loca iacentia sub iurisdictione Decij recenset tanquam separata, & per se ipfa-
rata, ipsum verò Oppidum Decij refert taxatum in sextarijs salis 45., & tamen
hæc loca verè sunt vñita cum Oppido Decij, & tanquam vñita describuntur ab
Oppizzono in sua relatione fol. 11. & quota salis obtingens Oppido Decij ascendit
ad sextaria 162. 1. 3.

Quænam igitur erit fides Testi Apogripho obscuro, & qui cum in pluribus partibus sue
expositionis, & præsertim in vna parte connexa rei, de qua quæritur, nempe in-
exponenda iurisdictione Grisenti palpabili errore labatur magnam erroris præsump-
tionem facit in cæteris, vbi aliunde non iustificetur veritas narratorum faciunt late-
scripta per Farinac. de Test. sit. de opposit. contra dicta tot. qu. 67. num. 113., & 117. ad
Veniamus ad Opizzonum, à quo tertium eorum intentionis subsidium petunt Aronenses.
Quo ad terras, de quibus est quæstio, nihil aliud legitur penè recitatum auctorem.
quæm inter vniuersalem relationem singulorum Oppidorum huius Status relatio
Aronæ, quæ in classe Terrarum Verbanij acus hoc pacto describitur.

Arona
Ex eo autem, quod nec sub statione Aronæ, nec alibi reperiantur adnotatae quat-
tuor Terra ab Aronensis controuersæ defununt consequentiam earum inclusionis,
sue vñionis cum Oppido Aronæ.

Fateor nouum est, ac inauditum pñnitius hoc genus probationis, quo vtuntur Aron-
enses ad concludendum assumptum vñionis, vt cum probatio describatur à DD.
quod sit oratio, vel attestatio, siue ratio veritatem deducens in lucem, & rei dubiæ
faciens fidem, vt ex Bald. scribit Pacian. de probat. lib. pr. cap. 3. num. 11. In hoc
autem genere documenti nullum concurrat signum extrinsecum, neq; vlla oratio af-
firmans, vel negans vñionem, quinimmo neq; vlla mentio locorum, de quibus agitur,
sed resoluatur in purum nihil, & sit nuda carentia descriptionis prædictarum Terra-
rum, exindè possit desumti certa demonstratio huiusmodi assumpti, quod de sui natura
exigit disertissimas probationes, vt ex Mascar. Casanat. & Prae. docimus in principio.

Nec multum vrget, quod hæc forma descriptionis continueat verum signaculum, &
veluti proprietatem vñionis consistentem in eo, quod deperdatur denominatio rei
vñiae; Hic autem verè appetet extincta denominatio dictorum quatuor locorum,
dum supressa mentione Grisenti, Mercuraghi, Drumelli, & Muzani pro his
omnibus describitur solum Oppidum Aronæ.

Enim verò leuis hæc coniectura supponit id totum, quod est in quæstione, nempe dicta
loca præcisè vñita esse debere cum Oppido Aronæ, & non cum quopiam alio Op-
pido, in quo sensu, docto aliunde de radice, & necessitate vñionis cum Arona,
præsuppositio istorum locorum posset indicare mentem Auctoris ea describendi, aut in-
voluendi in ipsa descriptione Aronæ, cum dato principio vñionis, & posita præxi-
stentia certæ causæ, actus iste indicatiuus, vñionis tribuendus veniat illi causa de cu-
tius præexistentia non ambigitur, & reducendus sit ad causam magis verosimilem.

Cephal. conf. 634. num. 22. Barz. deif. 3. num. 34. At quidum ex documentis hucusq;
exhibitis nulla datur concludens probatio, quinimmo nullus color istius vñionis
prætermissionem istorum locorum velle alludere ad vñionem, de cuius præexisten-
tia nullatenus constat, & effectum hunc, qui potest ex multiplici, & diuersa causa
procedere, velle trahere ad causam nobis prorsus incognitam, nihil aliud esset, quam
resoluere dubium per demonstrationem magis dubiam, & fallibilem, & tacitum de
tacito sumere contrà Texr. in l. seruum filij, §. fin. ff. de leg. primo.

Rursus ex omissa descriptione istorum locorum in vñiuersa relatione Opizzoni potest
quidem inferri, compræhensio illorum in alio Oppido, cui verius debuerint esse vñi-
ta, at non illico potest capi consequentia, quod sint determinate vñita cum Oppi-
do Aronæ. Cum enim nulla ratio vrgeat, quod dictæ Villæ debuerint potius defori-
bi sub Oppido Aronæ, quam sub alijs Oppidis, de quorum iurisdictione sunt, ea-
rum omissione non est consideranda relatiuè ad Oppidum Aronæ, sed relatiuè ad illa
locæ, cum quibus debuissent describi, nempe relatiuè ad locum Oledij respectu

Muzza-

Muzzani, quod esse vñitum cum Oledio infra probabimus, & relatiuè ad suam
Oppida principalia respectu aliorum locorum, sicc; argumentum suppressæ deno-
minationis non magis fauet Aronæ, quam alijs Oppidis, quæ sibi afferunt aggredi-
gationem dictorum locorum.

Porro si verum amamus, dissimilare non possumus argumentum omissæ descriptio-
nis omnino disparatæ habere quo ad propositum arguenda vñionis, potissimum
considerata norma, quam tenuit idem Auctor vbiqq; mens eius fuit significandi
compræhensionem plurium Villarum in vna sola; Quippe vbi intendidit plura loca
describere tanquam vñita non fuit contentus designare vñionem per actum mere
negariuum, & hoc lubrico, & fallibili signo, omissæ descriptionis, sed illam di-
serit expressit verbis coniunctiis, & vñitiis, vt fecit in describendo Burgum Intri
ibi, Intra con vicini suo, Item Burgum Vergantis cum Lesa, quæ omnia ponit pag.
20. sub rubrica, Lago Maggiore, sic facit in describendo Oppido Decij pag. mihi 11.
Qui cum sint vñita plura alia loca idcirco ea exprefse describit tanquam vñita, vt
videre est ibi, Pieue di Desio con gl' infrascripsi star. 162. 1. 3.

Dum igitur in exprimenda vñione aliorum locorum Auctor non est vsus hisce obstrusis
medijs, sed eam sincere, & verbis apertissimis enarravit, recurrat ratio superius allega-
ta ad resolutionem obiecti desumpti ex Codice introituum cameralium, quod nempe
expressio vñionis oppolita in alijs locis vere vñitis firmet regulam exclusiua quoad
alii loca, in quibus non legitur talis expressio.

Succedit quartum documentum Aronensem, nempe attestatio Consulium locorum
Merzuragi, & Drumelli, quod dicta loca semper contribuerint cum Communi-
te Aronæ; Hæc attestatio probat potius contrarium, nempe quod dicta loca in
suo esse habeant æstimum separatum licet per modum prouisionis in vna compromi-
sione submisserint Aronæ.

Quippe cum totum fundamentum vñionis Mercuraghi cum Arona sit in laudo, quod
electum inter prædictas Communitates, & Communicatam Aronæ, id non solum
fieri illatio à decisio, aut practicatis cum Drumello, & Mercurago, sed mirifice com-
probat separationem omnium istorum locorum ab Oppido Aronæ. Tum quia dum
Mercuraghi, & Drumellum fuerunt euocatae ad contributionem onerum per D.
Arbitrum solum prouisionaliter, ex hac leui prouisione potius economica, quam Iu-
ridica resultat evidens argumentum deficitis Iustitiae à latere Aronensem, quodq;
deugustatum fuerit, non adesse eam radicem vñionis, cuius virtute dicta municipia
debuissent cogi sine vlo temperamento subire contributionem necessariam, & per-
petuam pro quoq; specie onerum; Tum quia dum, excitatis duabus Terris locus
Muzzani semper innoxius stetit à molestia Aronensem vsq; ad initium præsentis cau-
sæ, hæc ipsa distinctio seruata per Aronenses intè Muzzanum, & alia loca non ob-
scure arguit, agnouisse Communitatem ipsam ab antiquo minoritatem rationis mi-
litantem fauore Muzzani, ne posset vocari ad compromittendum de iure suo, cum
cæteræ compromitterent, & ne posset trahi ad subeundam contributionem, neque
per modum prouisionis.

Non obstat demum quantum fundamentum consistens in alia attestatione redita per
rationatorein generali Ducatus occasione reintegrationis, siue compensationis
in Territorio Aronæ, quam nouimus emendicatam ad paranda subsidia eorum
intentioni iam vndeque labenti; Dum igitur supplicatum est pro parte
trium Communitatum, nempe Aronæ, Mercuraghi, & Drumelli, vt sibi refunde-
retur per Ducatum importantia solutionum illatarum etiam pro bonis Ecclesiasticis
iacentibus in tribus prædictis Territorij; de Muzzano autem, & Grisento nil peni-
tus dictum esset in supplici libello, nihilominus in liquidanda rata illius quod ad ex-
ponens dictarum Communitatum deduci debebat pro relevantia bonorum Ecclesiasticum
corum, Rationator totum calculauit perticatum tam laicum, quam Ecclesiasticum
dictarum omnium Communitatum, vnde inferunt Aronenses, quod sicuti pertica-
tus